



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118448

§. 64. Valida Ferdinandi classis ad Neopolis oram.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

de Altavilla Termensis Ducis frater Sæcul. XV.
A.C. 1495.
opportuno auxilio eidem equum suum Termini
suppeditasset, eumque periculo eripuisset.
Tanto tamen terrore percellabatur Fer-
dinandus, ut nec Regii, nec in alia qua-
cunque Neapolitani regni urbe morari
ausus, Messinam repeteret.

§. LXIV.

*Valida Ferdinandi classis ad Neapolis
oram.*

Abs dubio Albinus omnes hostium co-
pias in captivitate abstraxisset, Marian. hist.
Hisp. l. 28.
proin Carolo Neapolis regnum vindicas-
set, si Hispanos Seminaram usque, quo
confugerant, cunctatione remota insecu-
tus fuisset; ast adversa valetudine obru-
tus, victoriæ cursum in posteram diem
prorogabat, qua moræ opportunitate
hostes bene usi, Seminara Regium sese
receperunt. Interea Ferdinandus haud
diu Messanæ hærebat, moxque ad eum
quorundam Neapolitanorum Optimatum
literæ deferuntur, quibus significabant, se
hoc unum destinatum habere, ut una
omnes eidem adhærent, dummodo
ipsum Neapolin petere non cunctaretur:
Unde Ferdinandus dextre captata bene-
volentia eorum, qui Hispanicæ classi
præerant, iis annuentibus, simulque eum
comitantibus, ad Neapolis oram rever-
sus

Sæcul. XV.
A.C. 1495.

sus est, & conventionem factam cum sicut Mercatoribus, qui opibus magis præditi proprias possidebant naves, brevi classem instruxit, sexaginta navigiis validam. Verum ingenti annonæ penuria pressus, jam tertio die omnem optatum successum spem abjecerat, nihilque propius fuisset, quam ut Messinam rediret, nisi adversi obstitissent venti; interea tamen Neapolitani cives, phasello ad Ferdinandum missis, eidem nunciant: bono sit animo, cum certo certius res bene, ac feliciter eventura foret, dummodo quasdam copias urbi admovent, ac verisimili ratione in vulgus spargeret, longe validiores brevi subsequuturas.

§. LXV.

*Mompenserus ex urbe erumpens,
Ferdinandum aggreditur.*

Ergo Ferdinandus Neapolitanorum auxilio tutus, vela vertere iussit, moxque secundis ventis ad Neapolis oram appulsus est, ac nonnisi octingentis militibus stipatus, totidem vero navibus auctus, exsensionem fecit. Recepta Mompenserus Pro-Regiæ dignitatis immemor, cum in præsentibus rerum vicissitudine nec pedem extra mœnia movere, illum decuisset, sex millia selectioris militiæ, quæ urbem tuebantur, collegit.